

Johann Quistorp

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johann Quistorp, Theolog.
D. Prof. & Past. J. ad eundum ... Tilsae Stoveriae, Exequias Omnes Omnium
Ordinum Cives Academicos ... invitat : P.P. Sub Sigillo Rectoratus, die XIII.
Decembr. Anno M. DC. LIX.**

Rostochi[i]: Kilius, 1659

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669993>

Druck Freier  Zugang



Quistorp, J.

Wedig
in Tils. Stöver.

Rostock 1659.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/pnn774669993/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn774669993/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn774669993/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn774669993/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA
Quo
RECTOR UNIVERSITATIS
ROSTOCHIENSIS
JOHANNES QUISTORPIUS,
ΘΕΟΛΟΓ. D. Prof. & Past. J.
ad eundum
PRÆSTANTISSIMÆ ET LAUDATISSIMÆ
MATRONÆ
TILSÆ STO-
VERIAE,

Exequias,
OMNES OMNIUM ORDINUM CIVES
ACADEMICOS Studiosè benivo-
leq; invitat.

P. P. Sub Sigillo Rectoratus,

die XIII. Decembr. ANNO
M. DC. LIX.



ROSTOCHI,
Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ.

RECTOR

JOANNES QUISTOR PIUS, D.

Cum plures reperire alias PHILOSOPHIÆ est definitiones, tūm verò non postrema est ea, quæ ab SOCRATE apud Platonem in Phadone, aliisq; passim locis, inculcatur, quod sit MΕΔΕΤΗ ΘΑΝΑΤΟΣ. Mortis meditatio, seu commentatio; quæ res quantum primâ fronte absurditatis in cœtu disputantium habere videtur, tantum veritatis, quam tamen hic non explicamus, & utilitatis pollicetur, ac re-apse præstat. Enim verò nihil hominiæ quæ ad omnium rerum temperantiam proficit, quam frequentior brevis ævi, incertæq; vita hujus consideratio. Qui inter gentiles ac Paganos moderationis sapientiæq; aliquâ laude floruere, hanc sibi & suis Universi legem inculcaverunt probè, quæ NÀSCI & MORI juberet. Hinc CICERO Mortem portum Malorum, erumno, agit, vita perfugium nuncupat. Et apud Sallustium C. CÆSAR Mortem in luctu atq; miseriis arumarum requiem esse, & ex cuncta mortalium mala dissolvi statuit. Quin animosissimus ille secundæ & vicesimæ legionis in superiori Germanorū exercitu legatus, DILLIUS VOCULA apud πολιτικῶν Tacitum lib. IV. Hist. exitum sibi parari lubens audit, mortemq; in tot malis hostium, ut finem misericarum intrepidè expectat. Neq; verò credendum est Theophrastum sapientissimum senē, tam vivendi, quam discendi, atq; artium doctrinarumq; perfectionem adipiscendi cupiditatem, incusavisse Naturam, quod Cervis atq; Cōnicibus dituram (quorū id nihil interesset tamen) hominibus verò (quorum interfuerat omnino maximè) exiguum dedisset vitam, uti maximo TULLIO lib. III. Tusculanarum disputationum libro, relatum observatumq; est. Sanè enim qui vitam sibi surrogari expetit, is capte operâ curas, solicitudines, ærumnas, morbos aliaq; indissolabili consortio illi connexa adversa, produci postulat; ut quād nulli omnino res secundæ sic

EX VOBIS

ex voto fluant semper , quin mæroribus identidem atq;
calamitatibus interpellentur. Extitit hic vidente teatate
felix; ast inclinantibus annis. fortuna, valetudo, opes,
quaæcunq; in bonis mortales putant, sœpius vacillant,
& infugam sese vertunt. Hic extra Conjugium beni-
gnos satis, faventesq; habuit cælos, nihilq; adversi ex-
pertus est, aut metuit; paullò post tamen tumultuantis
& ad imperium surrecturæ uxoris nexus irrecitus, respi-
cit ac querit priordm actionum suarum successum, fa-
teriq; cogitur, nulli se magis rei, nupciarum vinculo, in-
terclusisse aditum , quām prosperitat. Contrā non-
nullos à primā statim in fantiā anticipites exercuere ca-
sus (veluti Cimonem. Miltiadis filium, duro admodum
initio usum esse adolescentiæ, testis est latinissimus
Auctor, Nepos Cornelius) cæterum devictis postea, su-
perauisq; adversitatibus, cum increbescente ætate ad
lætiora ac magis ac secunda processerunt. Nil OCTA-
VIANO AUGUSTO CÆS. felicius dici poterat, qui
discordiis civilibus extinctis, omnibus æmulis subla-
ris, defatigatum crudelibus bellis terrarum orbem firmâ
pacte refovit ac stabiliavit. Sed tot tamen victorias, tot
ubiq; erecta trophyæ, tot actos triumphos , tot initos
atq; iteratos consulatus, domestica tandem mala operu-
erant, & publicæ continuæq; felicitati , privatae cala-
mitates, & infamis filiæ Neptisq; vita labem imposue-
rant. Quosdam fortuna felices extingui non patitur,
sed ipsâ longævitate ad infestos producit ac servat cas. Nihil MAR:O mehercule beatius conspexisset populq
Romanus, si animam exhalavisset statim, ubi acto de
Teutonibus ac Cimbriis triumpho, curru descendederet :
non in exilium ille pulsus, non in Minturnensis Carceris
horrorem ac squalorem, injecto in collum loro, compa-
ctus;

Etus non se circa paludem Maricæ, conſtantibus ſub
Equitib⁹, nudū limo obruere, oculis tantū modò ac nari-
b⁹ eminentib⁹; nec deniq; emēdatis panibus in ruina-
rum Carthaginienſum tugurio inopem ſuſtentare vitā
coaetus eſſet; neq; eò tandem violentia processiſſet
uſq; uti abſcissum ei caput ad inimicos Præneste refe-
retur. De POMPEIO a. quid loquemur? Qui ſi ante bi-
ennium, quām ad arma cum Cæſare ieretur, perfectis
muneribus theatri, Mithridate regno & vitā exuto, Ser-
zorio debellato, piratis extirpati, & purgato mari; Hie-
roſolymis capti; gravifimā implicitus febri deceſſi-
ſet in Campaniā / quo quidem tempore universa Italia
vota pro ejus incoſumitate imaximo uſcipiebat studio
defuiſſet utiq; fortunæ, perdendi deſtruendiq; cum, lo-
cus quamq; apud ſuperos habuerat magnitudinem, illi-
batam ſecum ad inferos extuliſſet. Scilicet

Provida Pompeio dederat campania febres
Optandas, ſed multe urbes & publica vota
Vicerunt; Igitur fortuna ipſius, & Urbis
Servatum vīcto caput abſulit.

Juvenalis hi ſunt, quos allegavimus versus. Nulli igitur
formidaſſe Mors debet, ut quæ tumultibus, miseri-
asq; fine imponat, faciatq; uti dehinc omnino nobis li-
ceat eſſe tranquillis. Id utiq; ipſi Gentiles (quod ſu-
pra audiebamus) perviderunt, tantumq; adeò abeft, ut
refugerint mori, uti vel accelerari ultimam horam pete-
rent, & frequentiſſimè antè, quam veniret, meditaren-
tur. Nobis, qui Christiani ſumus, eò ſtudere magis his
cogitationibus, hisq; incumbere desideriis competit,
quæ novimus accuratiuſ, non finitum ſaltim labores
poſt hanc vitam noſtros, & quiete mutatum iri, ſed pro-
moletuſ eam in ſuper futuram pacem, quam admirabilis
gloria

gloria ac felicitas consequatur. Hinc cūcūnq; salus curæ
est sua, operam dabit, quantum possit unquam, uti statio-
nem hanc justo impensis non amet aut teneat, sed abire
eā, etiam cum animi quodam prolibio, paratus sit; crea-
berrimamq; (ut id eō frat optatiū) domi suę ha-
beat MELETHN ΘΑΝΑΤΟΥ. Quis enim eā in re vel Ethnicis
velit esse inferior? NOSTRA sanè, cāi hanc hodiē
scriptionem impendimus, probè, quæ diximus. omnia
ponderare, præclareq; semper definire Philosophiam
scivit, ut quæ in animo identidem atq; ore haberet MEL-
ETHN ΘΑΝΑΤΟΥ. Proin PHILOSOPHAM non abs
re dixeris; quo nomine non minus, quam suo ipsius, dig-
noscatur. Inde factum omnino, ut quæ mortem toties
versaret, pieq; appeteret, tanquam aditum sibi ad melio-
rem vitam patefacturam; jam advenientem eo exciperet
animo, ut nemo mortalium laudatiæ possit ac glorio-
sius. Sed ante, quam eō nos dimiserimus usq; de vita
STOVERIÆ, quantum pagina patietur, commentabi-
mur. Nata itaq; est sub ipsum seculi huic initium, i.e.
Anno 1600. die 27. Febr. quartam intra, quintamq; ma-
tut. Patre quidem Dn. JOACHIMO Wedige/ Reip.
quondam hujus Senatorc amplissimo; Matre vero WEN-
DULÆ Nettelblades/ summarum virtutum Fæminæ. Avô
paternus fuit JOACHIMUS Wedige / optimus apud
nos. & honoratissimus CIVIS; Maternus. DN. HER-
MANNUS Nettelbladt/ ipse quoq; Vir eximius. & Sena-
toria dignitate præstantissimus. Aviam paternam habu-
it, ornamentum sexus sui, ELISABETHAM Holtzen;
Aviam maternam, cognominę sibi TILSAM Wittings/
laudatissimam mulierem. Ut prodiret primum in dias tri-
minis auræ, insita CONSERVATORI ejusq; Ecclesiæ
est per id lavacrum, absq; quo nemini, quiccum carne &
sanguine

sanguine nascatur (nascimur a. ita omnes) ordinaria fieri
salus queat. Postmodum & scapte indole, quæ ad nihil
non præclarri prona erat, & providâ parentum curâ atq;
industriâ, iis adolevit virtutibus, & hac morum elegan-
tia, uti facile quemque in sui amorem pelliceret. Hinc fa-
ctum etiam est sanè, ut in tantam virginem, ubi ample-
nis nubilis annis foret, multorum certatim converteren-
tur oculi, à nemini sa. quam ab JOANNIS STOVERI,
caperetur, ut qui inter procos omnium videretur di-
gnissim⁹, cui nuberet, & adeò quidem castè sanctèq;, uti
non virginitatem tantum illibatam, sed ipsa etiam oscu-
la sincera eidem consecraret. Neq; profectò falsa
animi fuit. Novimus enim V I R U M & jurare
habemus, nemini omnino seu corporis, seu animi
inuisitatas dotes respicias, secundum fuisse. Cuius igitur
eximii par, cui ipsi cœli nuptias, sine dubio, destinaver-
ant; nexusq; felicissimus extitit, quacunq; etiam ex par-
te consideres. Nam & pacatus fuit, ita ut utriq; Conjuges
nunquam in gratiam redirent. & alter alterum omni of-
ficio ac benivolentiâ demereretur. Et satis præterea di-
turna mansit copula, ut quæ totos triginta annos dura-
ret, & ante novennium demum solveretur. Neq; sterilis
verò etiam torus fuit, ut quo bini filii nasearentur, JO-
ANNEΣ JOACHIMUS. & CHRISTIANUS, quo-
rum iste fatis jam, octennio abhinc concessit, floren-
tissimus, & longiori vitâ dignissimus Juvenis. Ille per
DEI gratiam etiamnum superstes, strenuâ ad honores
graflatur viâ, propèq; adeò vel ab amplissimis abest di-
gnitatibus, uti (nisi nos omnia fallunt) ipsis eas jam ma-
nibus tenere videatur. Huic quidem juncta est uxor AN-
NA Neuhagens/elegantissima Fæmina, ex quā natitres
omnino filii, JOANNEΣ CASPAR, CHRISTIANUS
MICHAEL, & JOACHIMUS FRIDERICUS, omnes

Vivi

Vivi valentesq; ; & supremo desideratissimam AVIAM honore, unā cum parentibus, prosecuturi. Cæterū curante hoc anno , qvum ante eum ipsum de valetudine non usq; adeò conquereretur, variis obnoxia affectib9, morbisq; impedita fuit. Hinc divexarunt miseram pertinacissimihypochondriorū dolores; ist hinc calculus; mox colicæ passiones; tandem diarrhæa; quiq; plures id genus iusultus fuerunt, aut exerentia sese alio ex fonte incommoda. Admodum profectò validum oporteat esse eum, qui debellatus tot hostes sit ; qvum satis præclarè rem gesseris, si vel unis superando. NOSTRA quidem profectò minorum longè virium fuit, quām ut non suetum cumberet tandem. Sarcinulas igitur septimo hujus mensis d, collegit, atq; ita ex hac vitâ, in qua sexaginta ja jam annos fuerat, excessit. Incredibile dictu, quantâ constantiâ, fide ac pietate. Neq; n. male mori poterat, quæ sanctissimè semper vixerat, & nullam rem magis ventilarat unquam, quām MEA THN OANATOR. Nil igitur hic scribemus aliud, quām sic se in moriendo gesisse PHILOSOPHAM. uti satis id scribi aut memorari dignè nequeat. Et hoc saltim unum referemus tamen, ex ore Pl. Rever. DN. M. SWANTENII , presbyteri & collegæ in DN. venerandi, acceptum; sic lubentem decessisse, ut miraculi res instar habeat, & vix inventura sit fidem. Enim vero, qvum cæteri subristes, gemebundi, lacrimabundi circumfisterent, ipsa non secus ac in insaniam hominum inventa, clarissimâ voce canere, utramq; circa caput manducere , atq; ita media inter jubila triumphosq; expirare. Ex captivis Sogdianorum ad ALEXANDRUM Regum , triginta nobilissimi, corporum robore eximio, perducti erant: Qui ut per interpretem cognoscerent, ius tu Regis ad supplicium trahi, carmen lætantium more canere,

uere, tristisq; & lasciviori corporis motu, gaudium
quoddam animi ostentare cæperunt. Admiratus Rex,
tanta animi magnitudine mortem oppetere, revocari eos
jusit, caussam tā effusæ lētitiae, cūm supplicium ante
oculos haberent, sciscitatus. Illi, si ab alio occiderentur,
tristes morituros fuisse respondent. Nunc à tanto Rege,
victore omnium Gentium, majoribus suis redditos, ho-
nestam mortem, quam fortes Viri voto quoq; expete-
rent, cārminibus sui moris, lētitiāq; celebrare. Qvum in
barbaris tanta animorum imperterrita fuerit præsentia,
qvum is vitæ tr. terminus nil haberet solatii, nisi quod à
MAGNO decerneretur; multò animosior jure meritoq;
STOVERIA fuit, qvùra mortem immitteret is, qui foret
MAXIMUS, quiq;, ipsā interveniente, maximā simili
Celorū gaudia (quæ in Ecclesiā propediem exclamabi-
mus) largiretur. Ceterum hoc ipso die componentur
Exuviae. Eas ipsas uti in locum deducatis suum, id verò
vestrarum fore partium, CIVES ACADEMICI, nove-
ritis, ad præstandum itaq; officium non tā invitamq; aut
hortamur, quā confidimq; poti⁹, quēque tantā erga *STRÖVE-
RIANAM* familiam benivolentiā fore. uti, nobis etiam
non monentibus, ultimum haud denegatur⁹ honorem
sit *Ei MATRONÆ*, quæ & vivendo & moriendo su-
periorem vix habuerit ullum,
paucos pares.

Convenietur hora I. in
Æde Jacobæa.

• 6 : (0) : 5 •



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn774669993/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn774669993/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn774669993/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn774669993/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn774669993/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn774669993/phys_0015)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774669993/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669993/phys_0016)

DFG

Vivi valentesq; & supremo desideratis
honore, unā cum parentibus, prosecuturi.
Rōnte hoc anno, qvum ante eum ipsum
non usq; adeò conquereretur, variis obno
morbisq; impeditafuit. Hinc divexarunt
tinacissimihyPOCHONDRIORū dolores; ist h
mox colicæ passiones; tandem diarrhæa; q
genus iusultus fuerunt, aut exerentia sese
incommoda. Admodum profectò validum
se eum, qui debellaturus tot hostes sit; q
clarè rem gesseris, si vel unis superando.
dem profectò minorum longè virium fuit
succumberet tandem. Sarcinulas igitur
mensis d, collegit, atq; ita ex hac vitâ, in quâ
jam annos fuerat, excessit. Incredibile dictu
stantiâ, fide ac pietate. Neg; n. male mori
sanctissimè semper vixerat, & nullam rem
larat unquam, quam MEAS THN OANATOR.
scribemus aliud, quam sic se in moriendo ge
SOPHAM. uti satis id scribi aut memorari di
Et hoc saltim unum referemus tamen, ex
DN. M. SWANTENII, presbyteri
DN. venerandi, acceptum; sic lubentem de
raculi res instar habeat, & vix inventura sit
vero, qvum cæteri subtristis, gemebundi,
circumfisterent, ipsa non secus ac in insania
invecta, clarissimâ voce canere. utramq; ci
ducere, atq; ita media inter jubila trium
rare. Ex captivis Sogdianorum ad ALEXAN
gum, triginta nobilissimi, corporum ro
perduicti erant: Qui ut per interpretem cog
su Regis ad supplicium trahi, carmen latant

